Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IERE

nor eorum · quia uenit super eos et
super babilonem predo · Et asphyxi
sunt fortes eius · et comaruerunt arcus
eorum · quia fortis ulcor dominus
retribuet · Et inebriabo principes
eius · et sapientes eius · duces eius et
magistratus eius · et fortes eius · dor
mient somnum sempiternum · et non
expsicientur ait dominus exerci
tuum nomen eius · Hec dicit domi
nus deus exercituum · Murus eius
babilonis ille altissimus suffossi
one suffodietur · et porte eius excel
se igne conburentur · et labores po
pulorum ad nihilum deuenerunt
et diuitie senium in ignem erunt
et conburentur et defecerunt · Verbum
quod precepit iheremias propheta
saraie filio nerie · filii maasie cum
pergeret cum ~~pergeret~~ sedechia rege in
babilonem · in anno quarto regni
eius · Saraias autem erat princeps
prophete · Et scripsit iheremias
omne malum quod uenturum erat
super babilonem · in libro uno omnia
uerba hec que scripta sunt contra
babilonem · Et dixit iheremias ad
saraiam · Cum ueneris in babilonem
et uideris · et legeris omnia uerba hi
dices · Domine tu locutus es contra
locum istum ut disperdas eum ne sit
qui in eo habitet ab homine usque ad pe
cus · et sit perpetua solitudo · Cumque
compleueris legere librum istum li
gabis ad eum lapidem · et proiices eum
in medio euphraten · et dices · Sic sub
mersetur babilon · et non consurget

a facie afflictionis quam ego adduco
super eum · et dissoluetur · LII

Hucusque uerba iheremie fi
lius · xx · unius anni erat se
dechias cum regnare cepis
set · et xi · annis regnauit in iherusa
lem · et nomen matris eius amichal · filia
iheremie de lobna · Et fecit malum
in oculis domini iuxta omnia que
fecerat uoachim · quoniam furor do
mini erat in iherusalem et in iuda usque
quo proiceret eos a facie sua · et re
cessit sedechias a rege babilonis ·
factum est autem in anno nono
regni eius · in mense decimo decima
die mensis · uenit nabuchodonosor
rex babilonis · ipse et omnis exerci
tus eius aduersus iherusalem · et obsedi
runt eam · Et edificauerunt contra
eam munitiones undique · et facte sunt
ciuitas obsessa usque ad undecimum
annum regis sedechie · Mense autem
quarto · nono die mensis · optinuit
fames ciuitatem et non erant alimen
ta populo terre · et diruta est ciui
tas · et omnes uiri bellatores fugerunt
eius · et exierunt de ciuitate nocte
per uiam porte que est inter duos mu
ros · et ducat ad ortum regis ·
chaldeis obsidentibus urbem in gyro · et abierunt per uiam que ducit in
heremum · Persecutus est autem exerci
tus chaldeorum regem sedechiam ·
et apprehenderunt eum in deserto
quod est iuxta iericho · et omnis
comitatus eius diffugit ab eo · Cum
que comprehendissent regem adduxe